



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
 EX TIT. FF. ET
 C. DE POSTVLANDO, ET
 HIS QUI NOTANTVR IN-
 FAMILIA.

QVAS DEO TER OPT. MAX. AVSPICE
 SVB PRAESIDIO CLARISS. CONSULTISSIMO-
 rumque virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri,
 & D. Ioannis Hollandt Marcodurani, SS. LL. Licent.
 Dictatoris & Fisci, in publico celeberrimæ Acade-
 miæ Coloniensis Iuridicæ facultatis Col-
 legio defendet.

IOANNES MOLLER
 PADIBORNENSIS.

*Anno redemptionis humanæ MD. LXXXI.
 14. Februarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE K
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



THESES
EX TIT. F. B. I.
C. DE POSIT. L. ANDOT.
HIS QUI NOTANTUR IN

QUAS DEO TER. OPT. MAX. AV. S. P. C.
E. P. R. A. S. I. D. I. O. C. L. A. S. S. I. C. O. N. S. I. D. I. T.
D. J. O. H. A. N. N. E. S. M. O. L. L. E. R.
D. I. S. C. I. P. L. I. N. A. M. A. G. I. S. T. R. A. T. O. R. I. A. M.
M. A. G. I. S. T. R. A. T. O. R. I. A. M. A. G. I. S. T. R. A. T. O. R. I. A. M.

JOHANNES MOLLER
P. A. D. I. B. O. R. N. I. S.

Amore christiano, Anno MDCCXXII
14. Februarii



COLONIAE AGRICOLAERUM
EXORDIUM TERTIUM



CONTINUATIO.

Cum neque pacto, neque transactione ab incepta lite receditur, procedit iudicium & iudicantis definitioni causa committitur, ac litigatores utrinque opera Aduocatorum, qui patrocinium litigantium in iure deducendo & defendenda causa suscipiāt, uti solent. Hac ratione iuris Romani conditores permoti, concinne satis patetis & transactionibus hunc tit. DE POSTULANDO immediate subiecere. (a)

(a) VVesemb. in parat. nu. 1. ff. h. t. Cuiacius in parat. C. nu. 1. h. t. gl. in Rub. ff. h. t. & in l. 1. ver. ut proinde in fin. ff. de Edendo.

THESIS I.

Postulare est desiderium suum vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni praestit, exponere, vel alterius desiderio contradicere. (a)

(a) l. 1. §. postulare ff. h. t. Caus. 3. q. 7. c. 2. ver. Est autem. Hostiens. in summa h. t. num. 1. VVesemb. in parat. h. t. nu. 2. Lagus in sua Methodo par. §. c. 6. nu. 2.

II.

Hinc sumpta occasione quero, utrum postulationis iura in ijs, qui coram iudicibus delegatis, (a) aut etiam Arbitris (b) postulant, varient. Et non variare ex allata definitione concludo.

(a) Rat. quia praestit iurisdictioni per l. 1. §. qui mandatam ff. De offic. eius cui mand. est iuris. & l. Cognitio §. cum propriam ff. eod. glo. in d. §. qui mandatam ver. nihil habet ff. eod. (b) Quia compromissa ad similitudinem iudiciorum redacta sunt l. 1. ff. de receptis arbitris. & l. Rem nouam C. de iudicijs. gl. in l. 1. ver. iurisdictioni. & Bart. in d. l. 1. §. postulare ff. h. t. & in l. si conuenerit ff. de re iud. nu. 1.

III.

Verum, posteaquam contractui potius aut transactioni, quam liti sine iudicio adesse reputentur ij, qui coram Arbitratoribus sua consilia pandunt, (a) hinc rūtē in his contrarium statuitur. (b)

(a) arg. l. Idem Pomponius scribit §. recepisse ff. de receptis arbit. & Auth. Si vero contigerit C. de iudicijs. Bart. in l. Furti §. qui iussu nu. 5. ff. de his qui norant. infam. nu. 5. & in l. non distinguemus, §. Iulianus ff. de recept. arb. num. 2. & in l. Quod si §. interdum ff. de eo quod certo loco. Soci. in consil. 85. in 1. volum. & in consil. 66. 4. volum. (b) Bart. in l. 1. §. Aduocatus ff. de extraord. cog. nu. 5.

IIII.

Postulare quoque veterum nihilominus consilio, scripturis, aut alijs priuatis actionibus, causis litigatorum extra iudicium inseruire posse, assignata definitio probat. (a)

(2) Rat. quia postulare est in iure apud iudicem dicere l. 1. §. postulare ff. h. t. Bart. in d. §. postulare ff. h. t. Bart. in d. §. postulare h. t. & in l. 1. §. Aduocatus nu. 4. ff. de extraord. cog. & in

& in l. Paulus §. Paulus respondit ff. de legati. Poma. & Alex. ibid. in addit. in Bart. VVef. in parat. nu. 5. h. t. Decius in l. 2. nu. 10. de reg. iur. Abbas in Rub. de postulan. Felin an rub. de fide instrument. nu. 1.

V.

Quandoquidem certum iura non postulantium constituunt numerum; consequenter infertur, ijs omnibus publicam hanc subire functionem esse permissum, quibus non reperitur expresse Legibus, Edicto pratoris, aut sententia iudicis interdictum. (a)

(a) arg. l. Mutus ff. de procurat. & l. 1. ff. de testib. & c. cum apud extra. de spōsa. Hostien. in summa. h. t. num. 2. VVescenb. in parat. h. t. nu. 4.

VI.

Omnes prohibitorij sui Edicti de postulando causas ad tria capita redegit prator. (a) Quorum primum minori 17. annis ob pueritiam, & surdo propter casum omnem adimit prorsus postulandi facultatem. (b)

(a) l. 1. §. ea propter ff. h. t. 3. q. 7. c. 2. (b) d. l. 1. §. initium ff. h. t. & 3. q. 7. c. 2. Hostien. in summa h. t. VVescenb. in parat. h. t. num. 4.

VII.

Moderatam hanc satis esse aetatem in adolescente ad procedendum in publicum sub hac limitatione ex posteriorum constitutionū sententia admittunt interpretes: si pro alijs (a) postulet, secus si pro se ipso. (b)

(a) glo. in l. 1. ver. compleuit ff. h. t. arg. l. Cum mandatu in fin. ff. de minoribus. Lagus in Methodo par. 5. c. 6. num. 3. (b) C. tot. tit. qui legit. perfo. standi in iudic. hab. Bart. in l. 2. d. tit.

VIII.

Secundo capite Edictum in eos proponitur, qui pro alijs ne postulent, prohibentur. In quo edicto verecundiam sexus prator excipit dum foeminas remouet; & casum, dum caecum vtrisque luminibus orbatum repellit. Prater ea & personas insigni turpitudine deformatas notat. (a)

(a) d. l. 1. §. secundo loco ff. h. t. Lagus in Meth. par. 5. c. 6. num. 4. Hostien. in summa h. t. num. 2.

IX.

Designatis in tertio capite personis, non in totum postulandi potestatem adimit, sed ne pro omnibus, quasi minus deliquerint, quam illi qui superioribus capitibus notantur, postulent, exigit. Ait prator: Qui lege, Plebiscito, Senatuscons. Edicto, Decreto principum, nisi pro certis personis postulare prohibentur, hi pro alio quam pro quo licebit in iure apud me ne postulent. (a)

(a) l. 1. §. Initium & §. ait Prator ff. h. t. 3. q. 7. c. 2. ver. permittitur.

X.

Ne tamen naturalem defendendi facultatem adimisse videatur, interdictis postulatione,

39

tionem, vel ex alia causa patronos causa non habentibus, daturum se esse pollicetur: (a) intellige pro mercede congrua, secundum facundiam Aduocati, qualitatem litis & consuetudinem patriæ. (b)

(a) l. i. §. ait Prætor ff. h. t. & l. prouidendum 6. C. h. t. (b) l. i. §. in honorarijs ff. de extra. cog. arg. l. 4. §. fin. ver. tuis sumptibus ff. de Edendo l. si vnum in Auth. vt cum de appell. cog. gl. in l. i. ver. non habebunt ff. h. t. Bart. in l. i. §. diuus ad Senatusc. Syllanianum. Abbas in c. i. de officio iudicis. Schneid. instit. de act. §. tripli. nu. 8. Albanus in addit. ad Bart. in l. i. ver. ego dabo ff. h. t.

XI.

Non sine ratione inter patronum & clientulum pendente lite initos contractus, & extortas promissiones improbant leges. (a) Verum illo non obstante, de certa mercede pro nauanda opera, dummodo definita legibus quantitas non excedatur, Aduocato licitum esse pacisci inuenio. (b)

(a) Rat. quia timore litis Aduocato forsan daret omnia. arg. l. Medicus ff. de extra. cog. Bart. in l. Quisquis. nu. 1. C. de postulando. gl. in l. Quisquis. ver. contractum C. h. t. (b) Hostien. in summa nu. 2. h. t. glo. in d. l. ver. contractum.

XII.

Oportunè hoc in loco controuertitur, an ad susceptionem gratuiti patrocinij pro pauperibus auctoritate iudicis compelli queat Aduocatus? & simpliciter eum cogendum esse cū benigniori parte statuo. (a)

(a) arg. l. si furiosi in fin. C. de nuptijs. & l. Sit tibi quoque studium in auth. de mandatis princ. Schneid. instit. de actionibus §. tripli. nu. 9. Abbas in c. i. de officio iudicis. gl. in c. statutum §. in super ver. pauperes in fin. de rescriptis in 6. Albanus in addit. ad Bart. l. i. ver. ego dabo ff. h. t.

XIII.

Quod aded verum est, vt etiam iudici secundum ius sue potestatis concessum sit, temerè obstitentem hac in parte Aduocatum interdicta pro alijs postulatione ad tempus, vel in perpetuum repellere, (a) siue extra ordinem arbitraria pœna mulctare. (b)

(a) l. prouidendum C. h. t. 3. q. 7. c. 2. Hostien. in summa h. t. nu. 3. gl. in l. 2. ver. Consensum C. de præposi. sacrorum scriu. lib. 10. (b) arg. gl. & dd. in l. 3. C. de sacrosan. Eccl. V. V. c. in parat. num. 7. Gaill lib. 1. obs. obser. 43. nu. 10.

XIV.

Legum quoque auctoritas facit, quo minus iudicibus atque Arbitris in ea causa, quam iudicaturi sunt, (a) hæreticis, (b) potentioribus, (c) Fisco & ciuitatibus (d) postulare concedatur. Iudicis præterea sententia prohibitionem postulationis facit, vt cum aduocatis ob contumaciam vel delictum postulatione interdicat. (e)

(a) l. quisquis. 6. C. h. t. (b) l. fin. C. h. t. (c) l. vnica C. ne potentiores (d) l. 3. & tot. tit. ne Fiscus vel Respub. (e) l. moris nona ff. de pœnis. & l. si qui. & l. quisquis C. h. t.

XV.

Quia propter infamiam quosdam non admitti ad postulandum supra notatum est, (a) restat

restat ut de infamia dispiciamus. Infamia est lese dignitatis status, legibus & moribus improbat, ex delicto orta. (b)

(a) in the. 7. per l. 1. §. hoc Edicto. ff. de post. (b) à contrario sensu ex l. cognitionum §. existimatio ff. de extra. cog. gl. in l. 1. ver. Vincula C. h. t. Bart. in l. 1. nu. 1. ff. h. t. & in l. 3. C. cod. tit. Lagus in Metho. par. 5. c. 7. num. 3. Brandius in parat. ff. num. 1. n. tit. Cuiacius ibid.

XVI.

Eaq; duplex est, iuris & facti. (a) Iuris infamia notatur, qui tale quid designat, quod publicis legibus turpe & famosum habetur. (b) Inferturq; vel sola notatione iuris publici sine ministerio iudicis, (c) vel per sententiam in casibus, quibus iure cavetur, condemnatum esse infamem. (d)

(a) Bart. in l. 1. nu. 2. ff. h. t. Costalius ibid. & in l. 2. ff. de senatoribus. Abbas in cap. testimonium extra de testit. gl. in l. 1. ver. notatur ff. h. t. (b) VVesemb in parat. nu. 3. Lagus in Metho. par. 5. c. 7. Cuiacius in parat. ff. nu. 2. Schneid. instit. de actionib. §. sic itaque ver. plane autem furum. (c) l. 1. ff. h. t. in princ. & l. improbum & l. decreto C. h. t. (d) d. l. 1. §. qui in iudicio & l. non damnatos C. h. t. gl. mag. in l. Ictus fustium ff. h. t.

XVII.

Facti infamia, est existimationis apud bonos & graves viros lesio, non ex facto prohibito à lege sub poena infamiae, sed ex morum dissolutione & turpitudine vitæ originem trahens.

(a) l. ob hæc verba ff. h. t. & l. ea quæ & l. interlocutio C. h. t. Schneid. instit. de actionib. §. sic itaque ver. plane autem furum nu. 8. & instit. de cap. diminut. §. fin. nu. 4. Dynus in l. infamibus nu. 2. de reg. iur. Felinus in c. testimonium de testib. nu. 14.

XVIII.

An idem infamia facti circa dictum testis sit effectus, qui est iuris, non satis inter DD. constat. Ad veritatem ñ magis mihi videntur accedere, qui in criminalibus causis, in quibus omni exceptione maius testimonium requiritur, id admittunt, (a) in civilibus negant. (b)

(a) l. sciant C. de probat. c. testimonium ext. de testibus (b) Dd. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Bart. & Costalius in l. Cassius 2 ff. de Senatorib. num. 1. Nelli in tract. de testib. num. 19. Bart. in l. 1. C. de Summa Trinit. Schneid. instit. de cap. diminut. §. Seruis nu. 4. & in tit. de actionib. §. sic itaque ver. plane autem furum num. 9. Canonistæ in cap. testimonium ext. de testibus.

XIX.

Quia testis dictum eo tempore inspici debet, quo profertur: (a) hinc ritè colligitur, pendente appellatione ex causa infamiae ab appellante latum testimonium, non esse inuolidum. (b)

(a) l. à testium §. 1. ff. de testamen. (b) Bart. in l. furti nu. 5. ff. h. t. Alex. in l. 1. collat. l. ver. ex præ-

ex prædictis ff. de re iud. gl. in c. sæpè ver. sentent. de appellat. Costalius in d. l. furti ff. h. t. Albanus in addit. ad Bart. in l. furti.

XX.

Delicta tam publica, (a) quàm priuata, (b) dummodo Edicto Pratoris, SC. aut legibus sunt comprehensa accedente sententia Ordinarij vel delegati iudicis, (c) causam subministrare infamie, manifesti iuris est.

(a) l. Infamem ff. de iud. pub. Bart. ibid. l. i. ver. qui in iudicio ff. h. t. (b) d. l. i. ver. Qui pro socio (c) l. Athletas §. calumniator ff. h. t. Lagus in Metho. part. 5. c. 7. num. ii.

XXI.

Quod an, indifferenter in condemnatoria sententia de publico crimine dict. siue civiliter ad pœnam pecuniariam parti applicandam, siue criminaliter ad vindictam actum sit, obtineat, dubitatur. Et reiecta distinctione hic civilis & criminalis iudicij, simpliciter huiusmodi sententiam infamia notam inurere affirmo. (a)

(a) d. l. infamem ff. de pub. iud. Bart. ibid. num. 4. & glo. ibidem per c. cum te. de re iud. Schardius in addit. in Bart. ad d. l. infamem. gl. in cap. multi 2. q. 1. Felinus & Abbas in d. c. cum te.

XXII.

Non tamen eadem tribuenda laudo arbitri est virtus. Nam si quis ex compromisso inter aliquos factus arbiter quempiam criminis condemnet, nihilo minus tamen is infamis efficitur. (a) Arbitri siquidem pronuntiatio non per omnia sententia est. (b)

(a) l. Quid ergo §. ex compromisso ff. h. t. gl. ibid. ver. non facit (b) l. i. C. de Arb. Bart. in d. §. ex compromisso ff. h. t. nu. 1. Lagus in Method. par. 5. c. 7. nu. 10.

XXIII.

Appellatione à condemnato interposita pendente, suspenditur sententia & eius effectus quoad infamiam, (a) ea autem deserta, retrahitur infamia, rata manente prima sententia. (b)

(a) l. Furti 6. ff. h. t. Bart. in d. l. num. 3. Costalius ibid. per legem si quis filio §. hi autem ff. de iniust. rup. & irrit. fact. testament. & l. Qui à latronibus §. si quis in capitali ff. de testam. (b) c. sæpè de appell. Costal. d. l. furti & Bart. ibid. nu. 4.

XXIV.

Hiscè iudicij's pœnalibus consimilia quadam sunt ex contractu quidem orta, sed quæ labem tamen damnato adferunt, propterea quod in his de fide rupta agitur, ut sunt actio mandati, pro socio, tutela, & similes. (a)

(a) l. i. ver. qui pro socio ff. h. t. §. ex quibusdam institut. de pœna temere litig. l. fidem sumpens C. h. t. VVescenb. in parat. num. 6.

COROL.

COROLLARIA

I.

Sententia criminalis reo absente lata, de iure non infamat. (a)

(a) l. finali C. de requiren. reis arg. l. 1. §. 1. & leg. Athletas §. calumniator ff. h. t. gl. in d. l. fin. C. de requir. reis ver. sed famæ. Bart. ibid. & in consil. 174. num. 3. incip. ser. Iohannis. Specu. tit. de sententijs §. 1. ver. quid de istis. Albanus in addit. in Bart. ad d. l. fin.

II.

Non sicut iudicare, (a) ita & arbitrium recipere prohibetur infamis. (b)

(a) l. Cassius ff. de Senatorib. glo. ibid. Bart. in §. Sancimus num. 8. in Auth. de testib. l. cum Prætor ff. de iudicijs §. 2. & l. 2. C. de dignitatibus lib. 12. Costalius in l. 1. ff. de Postulan. (b) l. Pedius ff. de recep. Arbit. gl. ibid. in verb. ignominiosus. & in eod. tit. in casu §. ait. Prætor l. 1. sicut & in leg. quid ergo ver. non facit ff. de his qui notan. infam. Bart. in lege eadem §. hac lege num. 3. ff. ad l. Iul. repetund. Costalius in l. 1. §. cum qui ff. de postulan.



153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





THESES
EX TIT. FF. ET
C. DE POSTVLANDO, ET
HIS QUI NOTANTVR IN-
FAMIA.

QVAS DEO TER OPT. MAX. AVSPICE
SVB PRAESIDIO CLARISS. CONSVLTISSIMO-
rumque virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri,
& D. Ioannis Hollandt Marcodurani, SS. LL. Licent.
Dictatoris & Fisci, in publico celeberrimæ Acade-
miæ Colonienfis Iuridicæ facultatis Col-
legio defendet.

IOANNES MOLLER
PADIBORNENSIS.

*Anno redemptionis humanæ MD. LXXXI.
14. Februarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT. K

